



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Davidis Regii Prophetae Psalterivm**

**Moritz <Hessen, Landgraf>**

**Smalcaldiae, 1593**

**VD16 B 3258**

Octonarius tertius. Gimel. Retribue seruo tuo, &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://urn.nbn.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

Dignus ut es semper laudibus eximiis.  
Iura, meis labiis celebrans, tua commemorabo,  
Laude vehamq; oris iudicia ipse tui.  
Non mihi sic ullos thesauros posse placere,  
Crede, tue ut leges & tua iussa placent.  
Qua mandas meditor, te grata prædico voce,  
Et tua pacta sequens ipse, tuasq; vias.  
Scrutariq; tuas leges mihi summa voluptas,  
Immemorem verbi non iuuat esse tui.

Octonarius tertius.

G I M E L.

Retribue seruo tuo, &c.

C<sup>V</sup>ra tui tibi sit fidi commissa ministri,  
Et rege me verbo viuificante tuo.  
Vt tua, care pater, mihi sint mysteria nota,  
Hac animi, ut cernam, lumina pande mihi.  
Hospes sim quamuis, peregrin, et aduena mundi:  
Non tamen indignus qui tua iura sciam.  
Judicii secretatui desidero scire,  
Hinc animæ vis est languida tota meæ.  
Elatos perdis, malacuncta rebellibus infers,  
Obiurgas tumidos, qui mala probra vomunt.

Tu pro-

*Tu prohibe, incutiant mihi ne probra vlla pudorē,  
Quando colo leges, diligo iussa tua.  
Et quamuis proceres in me dicteria spargant,  
De verbo, tamen his, differo sponte, tuo.  
Est vice consilii tua vox, oracula possunt  
Rebus in aduersis me reueare tua.*

Octonarius quartus.

D A L E T H.

*Adhæsit pauimento anima mea, &c.*

**D**A, mea mens tristis vili de puluere surgat,  
*Erectam verbo viuificaqz tuo.*  
Exposui mea facta tibi, responsa dedisti,  
*Quare pacta doce me, Deus alme, tua.*  
Demonstres normam dictorum queso tuorum:  
*Tum decreta canam, tum tua iura loquar.*  
Sic ego me crucio, pectus mihi ut dreat agrum,  
*Te rogo, confirmes cor mihi, summe Deus.*  
Errores procul hinc & dogmata falsa repelle,  
*Tu mihi doctrinæ suggere sensa tue.*  
Sector recta, viam teneo, qua fallere nescit,  
*Veraces gressus omnibus antefero.*

His